

Increduli est optare ut aliquis sub infirmitate deat.

Circa numerum quatuordecim fratres.

Mat. 23. 13.

Cur Lazarum potius mitti petierit dicitur.

& quod de fortibus nihil dicat, rem indicat esse compositam. Cur ergo id Chriftus finxit? ut rem admodum necessariam doceret, expectandum non esse, ut aliquis ab inferis redeat, qui nobis vera esse confirmet, quae de praemiis, & supplicis alterius vita dicuntur: quod homines impii, & increduli optare solent, & quia probabilis oratio erat, fore ut, si diues ille fratres habuisset, monei eos curaret ne & ipsi in eundem venirent locum. Cur ergo quinque? Chryso- stom. in homil. illa de diuite propter quinque corporis sensus, quorum causa peccauerat, Angustius vero libro 2. qq. Euangel. cap. 38. propter quinque Moyſis libros id factum putat. Si quinque fuerint fratres, vel ad quinque sensus, vel ad quinque libros legis eum numerum accommodare nihil obstat: sed non ea de causa numerum positum arbitror. Itaque numerum quidem certum pro incerto positum esse arbitror; sed eum potius positum esse, quam alium, ut fractum magna multitudo significaretur. Solet enim numerus ille, sicut septem, & decem multitudinem declarare. Itai. 19. 18. In die illa erunt quinque civitates in terra Aegypti loquentes lingua terra Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum, id est multum. Voluit ergo diues eo ipso numero Abrahamo persuadere, ut Lazarum ad fratres suos mitteret. Facilius enim persuasisset, ut ad multos mitteret, quam ad paucos, maiorem enim rationem, maiorem curam multorum, quam paucorum habendam esse, maiorem esse damni multos, quam paucos perire fratres. De animo, quo diues ille hoc ab Abrahamo petierit, disputari solet; nec enim solent damnati viventium curam gerere, eorumque salutem procurare. Si, quam supra locuti sumus, sententia vera est, hanc partem non ad historiam, sed ad parabolam pertinere, nulla relinquitur quaestio. Nec quaerendum, quo animo diues hoc petierit, qui vere non petiit, sed quo animo Chriftus id eum petiisse finxit. Id paulo supra declaravimus; ut auditores doceret, non esse expectandum, ut a mortuis deoerant, cum Moyſem, & Prophetas habeamus. Sed non debet ignorare lector, quid graues de ea re auctores dixerint. Chrysoſt. hom. 4. de Lazaro, Ambrosius, & Theophylactus bono animo id fecisse videntur interpretari, quasi vexatio illi intellectum dedisset, velleque cauere fratribus, qui sibi non cauisset, cum tempus erat, & vere non dubium est, quin Chriftus tanquam bono animo eum rogantem inducat, quem admodum paulo ante pro se ipso bono utriusque animo rogauerat. Quare, quod Gregorius, & Beda dicunt, vulgoque receptum est, non suorum fratrum, sed sua id fecisse causa, ne si fratres damnarentur, cruciatus sibi maiores accretcerent ex eorum penis, quos suo ipse exemplo in eum locum deduxisset: aut quod aliquod sibi legamentum doloris futurum esset, si quamuis ipse damnatus esset; fratres tamen ipsius salui essent, ut alii volunt; non ita huic loco congruit. Sunt qui quaerant, cur Lazarum potius, quam alium quempiam mitti roget. Eadem opinio ratione, qua ad se ipsum non alium, quam Lazarum mitti rogauerat, aut eum potius Chriftus rogasse finxerat, ut ostenderet diuitem, cuius in hac vita auxilio indigerat Lazarus, in altera vita Lazarum auxilio cognoscere. Ad id tamen Chrysoſtom. hom. 4. de Lazaro, & Theophylactus, ideo rogasse, ut Lazarus mitteretur; quia notus fratribus fuerat, ut in eo perspicere, quanto melioris in altera vita conditionis pauper, quam diues esset, maioremque homini noto haberent fidem. Hoc est, quod ait, ut reserret illis, id est, ut tanquam occultatus eorum, quae hic geruntur, tellis eos doceat, ut caueant, ne forte & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Huius loci occasione disputa-

re quidam solent, num animam mortuorum aliquando viuentibus appareat. Ac Chrysoſtomus quidem in homilia vltima de Lazaro, alii que in omnibus locis, Tertullianus in libro de anima, & Athanasius, quosquidam auctor esse. qq. ad Antiochum. q. 11. & 13. & Isidorus lib. 8. Etymol. cap. 9. & Theophylactus in 8. Matthaei prolixius negant vquam id fieri, & cur fieri non conueniat, multas rationes afferunt. Primum id viuis utile non esse, qui, si viuis non credunt, ne mortuis quidem credunt, ut Abraham diuitem respondet. Deinde quod etiam si oculis ipsis damnatorum supplicia homines cererent, nihil se magis a peccatis absterent, quotidie, inquit, Chrysoſt. fures & alios reos ad supplicia duci vident, & isdem se, propter quae illi puniuntur, peccatis inuolunt. Præterea quod si id fieret, progressu temporis in contemptum res veniret, & non magis morti nos, quam viuis commouerent, ut eodem loco Chrysoſtomus inquit. Deinde quod ea res mortuorum errorum causa esse posset, dum daemon fingens se alcuus mortui animam esse, & passiones iudicaret, & quidquid veller, illi persuaderet, ut Athanasius, & Chrysoſtomus, & Tertullianus argumentantur. Nam & cum sciamus, inquit Chrysoſtomus, mortuorum animas non redire: tamen saepe de non per quietem, & somnium, qua vna ratione potest, peccatis inuoluntur personam sumit, quid factum fuisse animas redire sciret; non existimo tamen penendum Deo legem esse, quo minus cum velit, & quas velit animas ad viuis mittat, id quod aliquando fieri ego mihi persuadeo, quod August. libr. de cura pro mortuis gerenda c. 15. 16. ait non nisi impudenter negari posse. Nam Moyſis quidem, & Eliae animae in transfiguratione Domini non illi solum, sed tribus etiam discipulis apparere, ut apud Matthaeum c. 17. 4. probauimus, & quod tunc ad testandam gloriam, & passionem Christi factum est, credendum aliter etiam de causis fieri foreque multae iustae, & graues possunt occurrere. Idemque colligit ex hoc loco videri posse. Non enim respondet Abraham non posse, aut non solere ad hanc vitam redire mortuos, quem admodum ante responderat. & in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possunt. Id respondet, habent Moyſem & Prophetas. Caeterum non quoties, qui apparet, se huius vel illius animam esse dicit, leuiter credendum est, sed etiam, atque etiam exploranda res; plerumque enim dæmonem esse arbitror, qui sententiam esse mentitur.

19. Et ait illi Abraham, habent Moyſem, & Prophetas, audiant illos. Per Moyſem, & Prophetas non dubium, quin totum vetus testamentum intelligat, ut Matthaeus. 5. 17. & 7. 11. & 11. 13. & hoc ipso c. 5. 16. & infra c. 24. 27. & Ioan. 1. 45. Vult ergo viuos scripturam uel testimonio contentos esse, nec a mortuis quid in altera geratur vita audire velle. Non quid, inquit, non populus a Domino suo requirit visionem? Eo viuis a mortuis: Ad legem magis, & ad testimonium. Ita 8. 19. 20. Abantur tamē haeretici hoc loco, dum ex eo probare volunt, nihil nisi quod facis litteris configuratum sit, esse credendum. Nam ista quidē ratione ea quae Apostoli postea dixerunt, quae in veteri testamento non sunt, credenda non essent. Restringenda igitur sententia est ad id, de quo agitur. Agebatur de alterius vita statu, de quo factis viuos per Moyſem, & Prophetas edoceri posse Abraham respondet. Vnde eorum etiam opinio aperte refutatur, qui existimant in veteri testamento nulla de vita aeterna mentionem fieri; cum homines, ut de toto futurae vitae statu docerant, ad legem, ut Prophetas mittantur ab Abrahamo, aut a Christo potius, qui Abrahami sumpta persona loquitur. Potestque haec ipsa sententia

Nam huiusmodi uerbum non uiuens sibi apparet.

Non leuiter credendum his qui operantur.

Haeretici abutentes hic loco refulserunt.

tentia in haereticos ipsos qui hoc abutuntur loco aptissime accommodari. Negant illi vllum purgatorium in altera vita esse; finguntque se credituros, si quis inde rediens affirmet. Quibus responderi potest, habetis Moyſem & Prophetas; habetis scripturam testimoniam, si illi non creditis. nec si quis ex mortuis resurrexerit, creditis. Alium etiam lector scopulum vitare debet, ne Chrysoſtomus legens existimet debere suam quae lingua nullo adhibito preceptore scripturam legere. Nec inebet Chriftus fratres illos diuites ipsos per se legere Prophetas. Quod si fecisset, tantum fortasse abfuit, ut ex illis non bene intellectis disceret parata esse post hanc vitam bonis praemia, nisi supplicia, ut periculum fuisset, ne illud apud Salomonem legentes, quod illi ipsi fratres fortasse putabant, eundem hominum interitum esse, atque iumentorum, similiter nasci, similiter mori, Eccl. 3. 19. existimarent animas hominum esse mortales, qui error omnium fons errorum est. Mitit ergo ad scripturas fratres illos diuites Chriftus, non ut per se, sed ut per eos, quorum id erat officium, legerent, atque inteligerent. Quem admodum alio loco dicit: Super cathedram Moyſi sederunt Scribae, & Pharisei; omnia ergo quaecumque uobis dixerint, seruate, & facite, secundum autem opera eorum nolite facere. Matth. 23. 23. Satis certum huius rei etiam nostra documentum de dicit, quae dum sua quisque lingua, suo quique iudicio scripturam lectitat, tot fere errores, quot homines de rebus ad salutem maxime necessarias faciunt. Expectantur apud se hoc malum haeretici ipsi, qui leuiter etiam in nobis nimiam aculeantes, illi sui licentia cum cesserunt, apud quos nemo satis est ingeniosus, qui nouam non facit sectam.

CAPVT XVII.

**T**ait ad discipulos suos: Impossibile est, ut non veniant scandala: ut autem illi, per quem veniunt. 2. Vilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & projiciatur in mare, quam ut scandalez et vnus de pusillis istis. 3. Attendite vobis: Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si penitentiam egerit, dimitte illi. 4. Et si septies in die peccauerit in te, & seipies in die conuerſus fuerit ad te, dicens: Pœnitent me, dimitte illi. 5. Et dixerunt Apostoli Domino: Ad quibus fidem. 6. Dixit autem Dominus: Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori: Moeve, & transplantare in mare: & obediet vobis. 7. Quis autem vestrum habens seruum arantem, aut pascentem, qui respicere de agro dicit illi: Statim transi, recumbe. 8. & non dicat ei: Para quod cenem, & praeringe te, & ministra mihi, donec manducem, & bibam, & post haec tu manducabis, & bibes? 9. Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quae ei imperauerat? 10. Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quae praecpta sunt vobis, dicit: Seruus inuile sumus, quod debuimus facere, fecimus. 11. Et factum est, dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam, & Galilaam. 12. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurserunt ei decem viri leprosi, qui steterunt a longe. 13. & leuauerunt vocem, dicens: Iesu praecipior, miserere nostri. 14. Quos vidit, dixit: De, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. 15. Vnus autem ex illis, ut vidit, quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum. 16. & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens, & hic erat Samaritanus. 17. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? 18. Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. 19. & ait illi: Surge, & de, quia fides tua te saluum fecit. 20. Interrogatus autem a Pharisaeis: Quando veni regnum Dei respondens eis dixit: Non venit regnum Dei cum obseruatione: a t. neq. dicit: Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. 22. Et ait ad discipulos suos: Venient dies, quando desideratis videre vnum diem Filij hominis, & non videbitis. 23. Et dicens vobis: Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire neq. scilicet. 24. Nam sicut fulgur coruscans desub caelo in ea, quae sub caelo sunt, fulget: ita erit Filius hominis in die sua. 25. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari a generatione hac. 26. Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filij hominis. 27. Edebant, & bibebant: uxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vsq. in diem, qua intravit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. 28. Similiter sicut factum est in diebus Lot, Edebant, & bibebant: emebant, & vendebant, plantabant, & edificabant. 29. quia die autē exit Lot a Sodomis, plant ignem, & sulphur de caelo, & omnes perdidit. 30. secundus haec erit, duo in lecto vnus assumetur, & alter relinquetur. 31. In illa hora qui fuerit in lecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa, & qui in agro, similiter non redeat retro. 32. Memores estote vocis Lot. 33. Quicumque querit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicumque perdidit illam, vindicabit eam. 34. Dico vobis: in illa nocte erunt duo in lecto vnus assumetur, & alter relinquetur. 35. duo erunt molentes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur: duo in agro vnus assumetur, & alter relinquetur. 36. Respondentes dixerunt illi: Vbi Domine? 37. Qui dixit illis: Vbi vnus fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquila.

Lat. 17. 20. suscitato nō crediderit Pharisai.

Mat. 23. 4. Mat. 23. 6. Mat. 23. 11. Luc. 19. d. 12. 17. Eccl. 3. 16. Marc. 17. 12. 20.

Luc. 14. 4.

Mat. 24. 2. Mat. 23. c. 2. Mat. 24. d. 37. Gen. 7. 6. 5. Sup. 9. c. 24. Mat. 10. d. 39. Mat. 2. d. 13. Ioan. 12. d. 31. Mat. 24. d. 40. 1. Thes. 4. d. 17.



**1. Et ait ad discipulos suos.** Valde multi laborant in scripturis, ut ista, quae sequuntur cum superiore capite coniungant. Theophyl. hoc modo iugit, egisse Christum superiore capite de Pharisaeorum auaritia, qui Christum paupertatem dimitti praefertentem iridebant, & eius discipulos scandalizabant, propterea nunc de poenis eorum agere, qui alios offendunt. Alij capite praecedenti egisse contra auaros, qui proximos non iuuant, nunc de eis agere, qui proximos offendunt, quia maior quidam contra praecipuum non est, quomodo totum caput cum toto superiore capite cohaeret. Videmus etiam haec eadem, quae initio huius capituli Luca ponuntur, ad Matthaeum etiam c. 18. postea fuisse, & cum ea quae praecedunt narratione apte coniuncta. Cum enim Christus interrogatus a discipulis suis esset, aduocans puerum, & in medio constitutus docere cepit, qui illius pueri similibus non efficeretur, cum saluum esse non posse: tantum autem patrem suum paruos pueros esse, ut qui eos suscipiunt, seipsum suscipere censereur, qui autem nuntium aliquem, vel minimum ex illis offenderit, et fatuus futurum, ut suspensa ad collum mola aenaria in mare proiceretur, quam ut poenas subiret, quas eam ob noxam subiit fecit. Addit tanquam epiphonema, quod hoc loco scribit Lucas: *Veniendo a scandalis, necesse est enim, ut veniant scandala, ut autem homini illi, per quem scandalum venit.* Cum ergo apud Matthaeum haec verba bene haerent, hic non haerent, cui dubium esse potest illic suo, hic alieno loco esse. Itaque miror eos, qui Evangelistarum Concordias conscripserunt, hic posuisse. Ceterum quod attinet ad sensum, omnia apud Matthaeum explicauimus.

**7. Quis autem vestrum habens seruum.** Neque haec quae sequuntur, viliam cum proximo quidem praecedentibus coniunctionem habent: nec apparet, ubi reponenda sint, si quis totam, quo ordine gesta est, Euangelicam historiam velit tenere, cum a solo narrentur. Luca. Suspicio tamen mihi nonnulla est, tunc haec a Christo dicta fuisse, cum accersito puero, & in medio constituto de humilitate, ut paulo ante diximus, disputauit: cum illa enim disputatione qua de humilitate agebatur, bene conueniebat, ut Christus discipulos suos doceret ad humiliter de se sentire, ut cum fecissent omnia, quae praecipua ipsi essent, seruos se inuites esse reputarent. Nam quod Augustinus libro 2. q. q. Euangelica. capite 39. & Theophylactus, & Euthymius tradunt, cum de se de Christo egisset, quae homines in superbiam efferre poterat, sermonem continuo de humilitate subiecit, coactum videtur.

**Habens seruum.** Haereticorum interpres, quo magis errorem suum confirmaret, nihil nos posse apud Deum promereri, adnotauit hoc loco seruum, non mercenarium, sed mancipium intellegendum, quod quantum sit, domini sui sit; eiusmodi enim hominem, cum omnia, quae facere potest, debeat, nihil posse facere, vltra quod debeat. Quam adnotationem nec vili illa ratione probat, & nos possumus ex hoc ipso loco refutare. Cum enim dicit, dominum nullam seruo suo gratiam habiturum, quia nihil fecisset vltra quam debebat, indicat profecto de eo agi seruum, qui aliquid plusquam debebat, agere potuisset; quod si

*Caluini in Harmonia peruersa est positio re- futatur.*

fecisset, gratiam illi dominus fuisset habiturus. Praeterquam quod vulgari scripturarum more seruorum nomine non mancipia modo; sed etiam mercenarij intelliguntur.

**Arantem, aut pascentem.** Graece pascentem verbum nullum habet accusatum, nec Cypr. legit lib. 5. ad Quirin. c. 5. alij Latini codices legunt. Pascentem boues, alij oues, sensu eodem. Quorsum hoc dixerit Christus, quod ad sensum parabola nihil pertinere videbatur, quare nondum in primis est. Beda, qui hanc parabola ad doctores Ecclesiae restringit, propterea dixisse indicat arantem, aut pascentem, ut doceret, non oportere satis habere de cetero, si populum doctura pauca, & Ecclesiae agrum arantem; debere etiam Domino ministrare, debere illi sacrificia, & preces offerre. Possimus non sine magna probabilitate dicere, quod arantem, aut pascentem Christus seruum induxit, partem non esse parabola, sed complementum verisimilem narrationis, quod loquuntur plures quae serui aut in agris arandi, aut in gregibus pascentis occupati. Sed credo tam non alia ius causa dictum esse. Volebat Christus commune hominum simulale malum, qui simul ut aliquid fecerunt boni, fingatque arantem, aut gregem pauentem, sedere quodammodo cum ipso Deo ad mensam volunt, quasi valde sibi Deum obligauerint, quasi nihil illis praeter ea faciendum supererit. Propterea ergo seruum induxit, qui postquam

ex agro, diuinoque labore reddisset, non permittitur ad mensam statim accedere, sed iubeatur prius domino ministrare. Quare illud tantum meo quidem iudicio significatur, non debere nos prius a Deo gratiam id est, mercedem petere, quod est ad eius mensam recumbere, quam omnes officij nostri partes, id est, legem omnem expleuerimus, non debere qualibet praecipitorum oblatione esse contentos, sed omnia omnino ad perfectam obseruare, quae praecipiant paratolice esse ad faciendum, si quid nobis praeter ea praecipuum fuerit, si postquam toto die laborauerimus, ita ut satis fecisse nobis officio velle videamur, dicatur nobis, para, quod caenam, & praecinge, ut s. te, & ministra mihi, donec manducem, & bibam. Caenam quod sit arare, aut pasceri, id non arbitror sigillatim esse querendum; nihil enim aliud arare, nisi quod significatur, quam vltimus seruorum labor, & quid quid nobis videtur esse faciendum, ut officio nostro abunde functi esse videamur, cum aliquid nobis adhuc faciendum supererit.

**Sic & vos, cum feceritis omnia, quae praecipua sunt vobis, dicite serui inuites sumus, & debemus facere, fecimus.** Conclutio parabola, sed longe parabola ipsa difficilius praesertim haereticis ad suos errores se nisi deprauantibus. Ex conclusione enim quid parabola sibi velit, & quo tenet, intelligendum est: & ecce de conclusione haereticis nobis sit intendant. Tria Caluini huius verbis significari dicit. Primum non posse nos plus facere, quam praecipuum est, nullum opus, ut vocantur Theologi, supererere gratiosis, quia quicquid facimus, aut facere possumus, multis nominibus debemus Deo, quae admodum seruus ille nihil fecit, nec facere potuit, nisi quod debuit. Incredibilis caecitas non videndum ex hoc loco id colligi non posse, contrarium vero posse. Nam ubi quae lo aut dicit, aut indicat Christus nihil nos plus facere posse, quam debeamus? Quia seruus ille non fecit?

At si non fecit, facere profecto potuit. Nam si non potuisset, non vti que dixisset, dominum illi gratiam non habuisse, quia nihil fecisset, nisi quod facere debe-

debebat, indicans gratiam illi, si plus fecisset, habiturum; quod non indicasset, nisi plus facere potuisset. Itaque ex parabola non colligitur, quod haereticis voluit, contrarium vero colligitur. Minus etiam illud magis hoc colligitur ex concisione. Non enim concludit Christus, hic vos non potestis facere, plusquam praecipuum est vobis, quod concludendum erat, si, quod illi boni interpretes scripturarum volunt, diceret voluisset: sed concludit: *Sic & vos cum feceritis omnia, quae praecipua sunt vobis, dicite serui inuites sumus, quod cum dicit, indicat huius dubie nos plus facere aliquando, quam nobis praecipuum sit; quod si fecerimus, secum vides enim. Obiungunt rationem nos, quanti quanti sumus, Deo esse, sicut mancipium domini sui est; quid quid est, nihil ergo facere posse, Deo etiam nullum praecipuum esset, non aliis nominibus debeamus, propterea seruum, ut supra diximus, non mercenarium, sed mancipium interpretatur. Et quidam veteres reperiunt auctores, qui hoc idem, sed alio opinor sensu dicere videantur, Chrysol. hom. 54. ad populum Antiochenum, & Ambro. in comm. ad hunc locum: *Sicut, inquit, tu non solum non dicit seruo tuo; Recumbes sed exis ab eo aliud ministerium, & gratias ei non agas, ita ne in te parit. Dominus vnus vsum esse operi, aut labori, quia dum viuimus, debemus semper operari. Ergo agnosce te esse seruum plurimum obsequi deo generatum. Non te respice, quia filius Dei dicitur; agnosce gratiam, sed non ignoras an agas. Nec te iactes si bene seruisti, quod facere debuisti. Obsequium soli, obtemperare luna, seruatum angelis. Haec vti intelligitur, adhibenda distinctio, quae & Euthym. animaduertit. Alia Deo debemus, quia**

**1. Cor. 4. 7.** ab eo nobis data; alia, quia praecipua. Nec enim tam seueri voluit Deus agere nobiscum, ut quidquid illi iure debebamus, exegerit; si spectes, quid ab eo accepimus, omnia illi debemus, quia nihil non accepimus: si spectemus, quid nobis praecipuit, non debemus omnia: multa in similitudine nostrae coe resit, decem tantum praecipua nobis dedit. Potuit iure suo a nobis exigere, ut omnes vni genitatem se uaremus; potuit, ut omnia, quae haberemus, distribueremus in pauperes; nam & haec omnia ipse nobis dederat, & petere te postulare iure suo, sed noluit, quia ipse cognouit signum nostrum, ut saepe solet Chrysol. omnia dicere. Cum ergo facimus aliquid boni, quod praecipuum nobis non est, plus quidem facimus, quam praecipui iure debemus, non plus quam, si Deo summo nobiscum iure agere voluisset, deberemus. Nam & a mancipio suis solent aliquando dominus, non quidquid iure possunt exigere, sed quod mediocri studio, atque labore facere possunt; tantum ut sibi quotidie lucri afferant, aut tantum, ut in vinea sua laborem; si quid praeter ea facere possint, sibi faciunt. At vigent haereticis Deum a nobis quidquid iure suo exigere potuit, te ipsa exegisse. Quid enim fecisset reliqui, qui a nobis exegit, ut se ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus diligereamus: qui enim minus, quam potest, facit, eum non totis viribus amare. Respondeo illud non speciale, sed generale praecipuum esse, nec enim in decalogi continetur; quare accommodata est ad praecipua decalogi, quae proprie praecipua sunt intelligendum. Tota igitur viribus Deum diligimus, quando totis viribus in decem praecipuorum obseruationem incumbimus. Ex tota anima diligimus, quando parati sumus vitam potius effundere, quam praecipuum Dei viliam violare, etiam si alia bona, quae praecipua non sunt, quaeque facere possumus, facere nolimus. Atque haec eadem ratione seruandus eorum error, quem ex hoc loco confirmare solent, refutatur. Dicunt, nos ne id quidem, quod praecipuum nobis est, posse

**7. In 11. 14.** Obiit illi haereticorum dicitur de praecipua, quae vniq. habent in se perant. Mat. 23. 17. Luc. 11. 27. Deut. 6. 5.

**Obiit illi haereticorum dicitur de praecipua, quae vniq. habent in se perant.** Mat. 23. 17. Luc. 11. 27. Deut. 6. 5.

**Secundum dicitur error Caluini refutatur.**

perficere, nec enim posse ex totis viribus Deum diligere, quod nobis vti que praecipuum est. Ridiculus error, & ipse sese refellens. Quid enim est totis viribus Deum diligere, nisi quantum possumus diligere vti illis omnia, quae volunt, dispendi causa concedamus. At cui dubium esse potest, posse nos diligere, quantum possumus: Si enim non possumus, quo modo possumus, & si possumus: quomodo non possumus? Praeterquam quod, ut modo declarauimus, diligere Deum totis viribus, non est diligere, quantum omnino possumus, sed quantum possumus efficere, ne eius transgrediendis praecipuis eum offendamus. Tertius error est, qui maiore videtur ex huius parabola conclusione probabilitate colligi: nullam nobis deberi mercedem, etiam si praecipua omnia ad perfectum obseruauerimus. Numquid, inquit, gratiam habebis seruo illi, quia fecit, quae imperauerat? & cum feceritis omnia, quae praecipua sunt vobis, dicite: Serui inuites sumus, quod debemus facere, fecimus, versu 9. 10. Et vero magis hic locus omnibus auctonibus negotium successit. Docemus prius ex eo non colligi, quod haereticis colligere conantur. Primum quidem in parabola non dicitur. Numquid mercedem dabit illi? Sed numquid gratiam habebit seruo illi gratiam, quae minus, quam merces videtur esse, multo plus quam merces est, nempe corollarium mercedis, quod propter gratiam inter a seruo nauatam operam supra pacum conuictum superaddit; quae ideo gratia, non merces appellatur, quia non ex pacto, & iure, sed ex domini liberalitate, moralique, ut vulgo dicitur, honestate debetur; debetur tamen. Nam quare, an dominus ille, qui in parabola proponitur, seruo, qui in agro primum toto laborauerat die, dum cenanti sibi nocturnum ministravit, nullam pro labore mercedem soluit. Quis negat? Negat Caluinus, sed aliter probare non potuit, quam fingens seruum illum mancipium fuisse pecuniae emptum, non hominem mercede conditum.

Quod ille signum ne coniectura quidem vili probare potest, & nos ex perpa scripturae consuetudine seruos mercenarios appellantis, & ex verbis ipsius huius loci refutamus. Cum enim dicitur: *Numquid gratiam habebit seruo illi* indicat de eo se loqui seruum, cui dominus gratiam habere soleat; non solum autem mancipio, sed mercenario gratiam habere praesertim, si vrego quidem puto, *quia seruum gratiam habere hoc in loco est praeter consuetudinem mercedem aliquid dare.* Nam etsi gratiam habere tam Graece, quam Latine ad solum mancipium refertur, sicut gratiam referre, & Graece, *quia ad praecipua, aut ad remuneracionem;* tamen arbitror hoc loco esse de pinofino, quae vti vulgo solemus, plus quam dicimus innotantes. Hoc si feceris, gratiam habebis, in dices dico me non habiturum modo, sed etiam relaturum gratiam. Cum ergo Christus in parabola non significet dominum illum, de quo loquebatur, mercedem seruo suo non soluturum; sed non habiturum gratiam; id est, nihil praeter mercedem daturum esse; nec, cum dicit in conclusione, *Cum feceritis omnia, quae praecipua sunt vobis,* significat nullam nos propter praecipuorum obseruationem mercedem habituros, led nihil habituros praeter mercedem eam, quae obseruantibus praecipua constituta, atque promissa est. Nam praecipuorum quidem obseruationem certam in solo mercede testis dete vniuersa scriptura docet supra c. 6. 23. 35. Mat. 5. 12. & 10. 41. 42. Mat. 9. 41. 1. Cor. 3. 14. & 2. epist. Ioan. 8. Apocalypsis 11. 18. & 22. 12. Quid ergo est. *Dicite serui inuites sumus, quod debemus facere, fecimus?* Sunt qui non tam vere, quam humilitatis causa dicitur inter-

*Tertium error Caluini, nullam nobis deberi mercedem.*

*inter-*



Quomodo  
serui in-  
uenerunt  
Egal. 17. 2.

Rom. 8. 18

interpretari uideantur, quasi idcirco Christus agat, ut doceat nos non esse in animo, cum omnia, quae praecepta nobis sunt, seruauerimus; sic se enim tantum, quod debemus, quin humiliter de nobis se inire oportere, existimare que, aut nihil nos fecisse, aut nulla dignos esse mercede, cum nihil, nisi quod debemus facere, fecerimus. In hanc sententiam hoc testimonio sepe utuntur veteres auctores, Origen. hom. 12. in Iosue, Cyprian. lib. 5. epist. 6. & lib. 7. ad Quir. c. 51. Chrysostomus in sermo. de penitentia, & confessione, Hieron. in epist. ad Ctesiphont. contra Pelagianos. Bernard. sermone 4. in Psal. 90. & epist. 142. Theophylactus in commentariis, & Cyillus apud D. Thom. Alij ut Beda, & Lyranus hoc loco seruos nos etiam cum omnia fecerimus, inuitiles existimare debere, quia nihil Deo uilitatis attulimus, qui bonorum non sitotum non indiget. Caeterum non id, opinor, agerent, ut probaretur nihil nos uilitatis Deo adfere posse, sed nihil nobis praeter constitutum debito ministerio debere mercedem. Nam seruis quidem ille, qui in parabola proponitur, aliquid domino suo uilitatis attulit. Et si nos nullam Deo uilitatem adfere possumus, non impotentia nostra, qui aliquid certe facimus, sed Dei nulla re indignitatis natura sit. Neque concludit Christus, Dicite, serui inuitiles sumus, quia nihil Deo uilitatis attulimus, sed quia, quod debemus facere fecimus, quod aliud esse dubium non est. Aliam etiam idem Beda interpretationem affert, serui inuitiles sumus, quia etsi aliquid mercedis meriti sumus, minus tamen meruimus, quam nobis dabitur, si labor nostre, mercede quae aequalis pensetur, quia non sunt. **Rom. 8. 18** condigna passioe huius temporis, ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Neque hic uidetur esse sensus. Nam non propterea dominus ille seruo tuo gratia non habuit, quia minus, quam promissa requirebat mercedem, sed quia non magis laborauerat. Et nos non iubemur dicere, cum omnia fecimus, quae nobis praeccepta sunt, serui inuitiles sumus, quia minus meruimus, quam nobis datur, sed quia, quod debemus facere, fecimus. Quo ergo sensu hoc loco serui inuitiles appellentur, ex proposita parabola intelligendum est. Quod enim in parabola est seruo illi nullam a domino debere gratiam; hoc proferendum in parabola conelatione est, serui inuitiles esse, cum eadem sententia, aliis tantum uerbis hoc pro illo ponatur. Gratia autem in parabola non significat mercedem ex pacto pro exhibito labore, ac ministerio seruo promissam, debitamque, sed mercedis cumulum, atque corollarium, quo serui, qui plus quam debebant, laborauerunt, donari solent, quemadmodum illic explicauimus. Idem ergo est, seruos inuitiles esse, cum fecerimus omnia, quae praeccepta sunt nobis, non quidem nihil praecceptorum obseruationem meruisse, sed nihil meruisse praeter mercedem, quae praecceptorum obseruationi respondet. Vultigitur Christus non gloriarī nos, cum praeccepta seruauimus, quia etsi mercedem nostram meriti sumus, tamen nihil singulare, nihil egregium, & exitimum fecimus, nihil, quod non quilibet seruus facere debuerit. Nec tam esse laudabile, quod id fecerimus, quam vituperabile esset, si non fecissemus. Non solent laude, gloriaeque uideri digna, nisi quae egregia, & singularia sunt. Quo admodum cap. 6. v. 32. dixit Christus: Si diligitis eos, qui uos diligunt, quae uobis est gratia? Vtique diligentes se diligere uultus aliqua est, dignaque mercede, sed quia communis, non singularis uirtus est, digna non est gratia. Nam & peccatores diligentes se diligunt, ut ibi subiungitur. Eodem sensu dicebat D. Paulus 1. Cor. 9. 16. 18. Nam etsi euangelizauero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi uincamini. Quae est ergo mer-

ceda mea: ut euangelizans sine sumptu ponam euangelium. Dicit se, si euangelizet, neque gloriam, neque mercedem habere, non quod mercedem pro euangelizandi munere non habeat, cum alio loco de eodem loquens dicat, unusquisque secundum suum laborem propriam mercedem accipiet. 1. Cor. 3. 8. sed quod nulla singulari gloriam, mercedemque mereretur, cum necessitas illi incumbat. Quae ergo eius gloria, quae singularis, & propria merces grati? ut euangelium predicat sine sumptu ponere euangelium; cumque possit ex euangelio uiuere, ut omnes Apostoli faciebant, ea tamen potestate non ueretur. Cuius interpretationis Bernardum auctorem inuenio, qui nisi fallor, ita hunc locum in tractatu de praeccepto, & dispensatione uideretur intellexisse, unde multa res contraria, quae hinc haeretici falso colligunt, uere colligunt. Primum posse nos non solum, quae praeccepta sunt, omnia, sed plus etiam, quam nobis praecceptum est facere, quod opus supererogationis appellatur. Quod & D. Paulus affirmat se esse, eamque gloriam itam uocari; & nos omnes posse facere, Christus hic non obscure in dicit. Cum enim dixit: Cum feceritis omnia, quae praeccepta sunt uobis, dicite serui inuitiles sumus, ostendit nos posse plus etiam quam praecceptum est facere, & seruos uiles esse, sic ut potuit seruus ille plus facere, quam fecit, plus quam debuit; quod hic fecisset, gratiam illi dominus habuisset. Deinde exhortandos esse homines ad obseruanda euangelica consilia; nam ad canones Christi hic exhortatur. Sic enim dicit: Cum feceritis omnia, quae praeccepta sunt uobis, dicite, serui inuitiles sumus, tanquam diceret: Nolite sola praecceptorum obseruatione esse contenti pergitte potro, & consilia etiam mea seruete. Stat adolecenti illi dicit: Si uis perfectus esse, uade uende uincula tua, quae habes, & da pauperibus, & uenisequere me. Denique quemadmodum praecceptorum obseruationi merces iusta responderet, ita obseruationi consiliorum cumulatam quandam mercedem, id est, mensuram bonam, & consiliorum, uocatis etiam & supererogationem respondere, quae gratia sit, ad autem Paulo gloria, & merces appellatur.

**11. Est factum est, dum iret in Ierusalem.** Incertum quando hoc acciderit, sepe enim Christum ad Galilaeam in Ierusalem & contra measse, re measse quae supra docuimus, c. 9. 52. Nec Lucas historiam suo narrat loco, cum inter eam, & quae praecesserunt, nullum uinculum appareat, etsi ce natur Ambrosius repetit. Historia lucis est, & si quid explicatione indiget, id a nobis similibus locis apud Mattheum c. 8. 1. 2. 3. 4. explicatum est. Quamquam Epiphanius sententiam, qui hanc historiam canonicum esse putat, atque eam, quam illic Mattheus narrat, ex memoria lapsu naturam arbitror. Cum hic decem, illic uinculum tantum leprosis fuerit; & de illo Lucas supra ca. 5. 12. scripserit. Nescio an Irenaeus in eodem fuerit errore. Nam lib. 3. c. 14. recitans, quae Iosue euangelistarum Lucas tradidisset, mentionem nullam fecit huius historiae. Quod dicit euangelista, transisse Christum per mediam samariam & Galilaeam iam docuimus, c. 9. 51. recitans uiam a Galilaea in Ierusalem esse per Samariam, itaque uoluit euangelista declarare uide, quo, & quae Christus illic, ut credibilis esset, quod & paulo post erat significatur, ex decem leprosis, nouem ludaeos, unum Samaritanum fuisse.

**12. Et cum in egeretur quoddam castellum** Cum prope castellum esset iam ingre-ssus, non enim intra, sed extra oppidum leprosi illi occurrerit, quia intra habitare non poterant, ut Theophyl. adnotauit, lege proli bene. Nam. 5. 2.

**Occurrerunt ei decem uiri leprosi.** Credibile est non casu, sed

Supplicatio  
num publico-  
rum solen-  
nitate priu-  
atim uange-  
lica.

Epiphanius  
memorata  
est.

sed studio sanitatis ab eo petendae occurrisse, cum ad uentis famam audissent. In denario numero aliud ego mysterium non obseruimus, quam quod & Christus faciendo, docendoque, & euangelista factū narrando significari uoluerit multos uocatos, paucos electos esse, multos a Deo accipere beneficia, paucos ad modum esse gratos. Denarius n. numerus magnam multitudinem, unitas magna significat paucitatem. Mattheus, inquit ille, mercedem meam decem uicibus, Gen. 31. 7. 4. & quomodo persequebatur unum mille, & duo fugerunt decem milia. Deut. 32. 10.

**Qui steterunt a longe.** Non licebat leprosis ueritati cum sanis, quia lex prohibebat, ut Theophylactus & Euthymus obseruauerit. Potest hoc morale etiam habere significationem. Stat longe peccator cum ad Deum uenit, non iudicans se dignum esse, ut propius accedat. Quo admodum publicanus ille fecisse dicitur c. 18. 13. qui a longe inquit, stans, uolebat nec uocari ad castellum leuare. Sanatur tamen, modo magna uoce clamet. Placet hac humilitas Deo.

**13. Et leuauerunt uocem, dicens, Iesu praecceptor miserere nostri.** Quod uocem leuauerunt, non solum fecerunt, quia ab eis longe, sed etiam quia affectus, ut opinor, clamare cogebat. Clamauerunt autem una omnes uoce, unaque; omnium causa effectuerit. Nec enim prole quilibet loquens dixit: Miserere mei, sed cuncti pro cunctis: Miserere nostri. Quod est uerisimile ex industria fecisse, quo magis & numero, & communitate, quasi coniunctis uerbis, factaque; uelut conspiratione quadam Christum ad misericordiam commouerent. Atque eadem fortasse factam est causa, ut cum nouem leprosis, unum Samaritanum esset, inter quas gentes consuetudo nulla erat Ioan. 4. 9. in uiam tamen societatem coisissent. Non solum conciliante eos, atque cogente communi morbo, ut Theophylactus & Euthymus obseruauerunt, sed studio etiam conuigente, ut quasi facta manu Christum expugnarent. Potest leprosum ex exemplum documento nobis esse, ut cum impetrate aliquid a Deo magni uolumus non contenti priuatis orationibus, publicas etiam adhibeamus, & quasi instructa acie armatas affectibus preces offeramus Deo. Haec uis, inquit Tertul. De gratia est. Notauit hoc in simili causa Chrysost. orat. 4. de incomprehensibili Dei natura.

**14. Quis uis uideri Iesus dixit, et ostendit eos sacerdotibus.** Mirum quam bene Christum non eos ante curauerit, quam ad sacerdotes mitteret, ut fecit apud Mattheum c. 8. 3. & supra c. 5. 13. Credibile uoluisse Christum eorum expectari fidem, quae si magna non fuisset, facile in missis non dum sanatis ad sacerdotem uacillare potuit. Quod enim illis reme diuicere uidebat, quod ipsi ignorarent, quoque non iam ante, ut est probabile, uis fuisset? Itaque poterant apud se haeritantes de Christi uirtute dicere, quod Naaman illum Syrum dixisse legitur 4. Reg. 5. 11. 12. Putabam, quod egeretur ad me, & stans inuocaret nomen Dei tui, & sangetur manu sua locum leproe, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Ababana, & Pharphar flumini Damasci omnibus aquis istis. No dubitauerunt tamen, nec ita apud se mutauerunt. Propterea sanati sunt, ut Christus uer. 19. Samaritano dicit: Fides tua te saluum fecit. Cui autem ad sacerdotes miserit, apud Mattheum c. 8. dispensauimus. Quamquam illic quidem leprosum unum iam curatum, hic decem antequam curarentur, ad sacerdotes miserit. Illum ut sacerdotis summi testimonio constaret, eum uere esse curatum, & ut sacrificium a lege praecriptum Leu. 14. 2. in gratiarum actionem offerret, occasioneque; obiecto lucro sacerdotibus eriperet, quod miraculo factum fuerat, calumniandis, & ut eorum, quem

admodum diximus, exploraret fidem, & ut sacerdotum testimonio constaret ueram esse, qua infecterant, septem; uerumque; miraculum appareret. Quod autem illum ad sacerdotem, hos ad sacerdotem mitteret, non difficilis est questio. Plurales numerus pro singulari ponitur. Quemadmodum Iacobus inbet cum aliquis aegrotat uocare Presbyteros Ecclesiae, satis enim est uocare unum. Attit cum nos aegro remedium a nobis petenti dicere solemus, ito ad medicos, non n. ad multos, sed ad unum multorum mittimus. Cur ergo antequam ad sacerdotem ueniret, sanati sunt: ut intelligerent se non a sacerdote, sed a Christo, qui ipsos ad sacerdotem miserat, fuisse sanatos. Propterea & euangelista curae fuit explicare, quando, & quomodo curati fuissent, ut & nos idem intelligeremus.

**Et factum est, dum irent, mundati sunt.** Factum est Christi prouidentia, atque uirtute. Nec n. capta causa semper significatur, ut aliis similibus locis ad notauimus. Potest tamen hic significari rem praeter leprosum opinionem accidisse, qui non putabant fore, ut antequam ad sacerdotem, ad quem missi fuerat, peruenirent, curarentur.

**15. Unus autem ex illis, ut uidit, quia mundatus est, regressus est cum magna uoce magnificans Deum.** Agnoscentes se a Christo licet absente curatum, nam illum haud dubie hoc loco Deum uocari, cum dicitur, magnificans Deum. Quem enim uocabat Deum, aut quem glorificabat, mit eum a quo se curatum sentiebat, & ad quem gratias agendi causa reuertebatur? Cur hic redierit, alij non redierint ad Christum, statim animo leprosis occurrat. Hunc, ut gratias Christo ageret, rediisse pestipuum est. Unde colligi solet alios ingratos fuisse beneficium, ideoque; non rediisse, quod uidetur confirmare Christum illos tanquam ingratos reprehendens. v. 18.

**18. Non est, inquit, inuenus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena?** Sed hoc ipsum mirum, & plane incredibile tam ingratos esse tanto, & tam recenti beneficio potuisse. Suspiciari licet, cum Iudei essent, aut existimasse a sacerdotibus, ad quos adibant, fuisse curatos, aut, quod uerisimile est, curatos quidem a Christo, oportuisse tamen ad sacerdotem ire, & quia missi a Christo erant, & quia iubebat lex, ut sacerdos de curata lepra indicaret; nec poterat quisquam qui leprosus unquam fuisset, cum hominibus uersari, & in ciuitatibus admitti, nisi prius sacerdotis sententia mundus iudicatus esset. Quod alter, quia Samaritanus erat, non existimauit huius esse necessitatem, non alij, quam Christum summum sacerdotem agnoscentes. Hoc etsi aliqua ex parte culpam eluit illorum nouem, omnino non purgat. Prius enim ad Christum recepta sanitatis auctorem redire, quam ad sacerdotem iudicem ire debuerit. Atque hoc est quod in illis Christus reprehendit.

**16. Et cecidit in faciem ante pedes eius.** Antequam a lepra curatus esset, procul in silens clamauerat, nec exorando morbo Christum, & qui cum illo erant, contaminaret; postquam uero sanatus est, ad pedes usque Christi accersit, ut Theophylactus & Euthymianum, aduertent.

**Et hic erat Samaritanus.** Quia dicitur erat euangelista v. 18. dixisse Christum non nisi unum, eumque; alienigena fuisse repertum, qui reuertetur, & gloria Deo daret, admonuit fuisse Samaritanum.

**17. Respondens autem Iesus.** Leo qui aggressus, ut sepe notauimus, aut respondens, i. haec uerba quae sequuntur, ad ea quae Samaritanus dixerat, subiungens.

**Nouem decem mundati sunt, & nouem uis sunt?** Quasi dubitans per interrogationem loquitur emphasis causa. Nouem ubi sunt? quo modo non redierunt?

Pluralis in  
uocem pro  
singulari  
positum.  
Ibid. 5. 14.

Leprosi uis  
datis sacerdotum  
sententia  
mundati  
di iudicati  
erant.



